



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones
Lectissimorum Casuum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

0

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

termittendæ. Laym. *ibid.* ref. 240. & 241.

4 Cæremoniæ in secundis nuptiis adhiberi non possunt temporibus ab Ecclesiâ prohibitis; quia pertinent ad solennitatē nuptialem, licet non adhibeatur benedictio nuptialis, quæ sine mortali omitti potest. Pontius. *ibid.* ref. 265.

5 Non videtur p. m. tempore Aduentus & Quadragesimæ traducere sponfam solenniter in domum sponsi, & celebrare conuiuia; sic enim consuetudine receptum est, conuiuentibus Prælati. Sanchez & Villalobos. etsi id neget Pontius. *ibid.* ref. 266.

O B E D I E N T I A.

IN varietate opinionum inter Superiorem & subditum, tenetur subditus obedire, nisi euidenter cognoscat illicitum esse quod præcipitur. Vasquez & alij. Contrarium tamen est probabile, numquam teneri, quando probabiliter iudicat illicitum esse, vel extra Superioris inrisdictionem: quia non tenetur obedire, quando pro-

F f 4

babile

babile est ipsum non esse obligatum, Sanchez & alij 3 p. 2. tr. 13. ref. 10. & p. 4. tr. 4. ref. 31. Quod si dubium sit, an res præcepta sit licita, teneri subditum obedire docent Sanchez & alij 3. Negat Vasquez. Quod saltem locum habet, quando quis obediendo timeret sibi, vel alteri graue damnum. Quod si dubium versatur circa Superioris potestatem, non tenetur subditus obedire, etsi ille sit in possessione superioritatis. Vasquez & Salas. p. 4. tr. 3. ref. 9 & 8.

2. Concurrentibus duobus præceptis contrariis, si constare non potest magis de obligatione vnus, quàm alterius, potest eligi obseruatio alterutrius. Granad. *ibid* ref. 70.

3. Non potest Superior etiam Generalis religionis præcipere subdito vt accipiet Episcopatum: quia illa non est materia obedientiæ religiosæ. Suar. & alij 5 p. 6. tr. 8. ref. 33.

4. Præceptum Superioris in materia secundùm se leui, ratione circumstantiarum quæ intenduntur, potest obligare sub mortali. Suarez & alij 8. Quod si in re absolutè leui imponatur præceptum sub mortali, obligabit saltè sub veniali. Suar. & alij 2. p. 5. tr. 5. ref. 47. & 48.

Religiosus non obediens Prælato præcipienti sub obedientiâ, non peccat dupliciter contra obedientiam, & Religionem: quia est vna tantùm malitia. Ledesm. p. 1. tract. 7. ref. 16. & p. 3. tract. 4. ref. 67.

Odium.

Allocutio, & conuersatio non debentur omnibus, sed tantùm inter se coniunctis. Salutatio anticipata nulli debetur, nisi iis qui dignitate præcellunt: Resalutatio, & responsio omnibus debentur ex virtute affabilitatis, præsertim concubus: illas autè omittere non est regulariter p. m. nisi ratione scandali; vnde inferitur non esse certum, peccare mortaliter eum qui occurrentibus pluribus, inter quos est inimicus, salutat omnes ipso excepto, quia potest illum prætermittere in significationem acceptæ iniuriæ; non tamen in odium, aut vindictam. Lorca. p. 2. tr. 15. ref. 62.

2 Optare alicui mortem, vt eius hæreditate potiaris, non est mortale, neque odium: idemque est si quis de illâ gaudeat. Castro Pal. Vel etiam si quis sibi mortem optet vt liberetur à grati malo temporali. Sanchez & alij 2.

p. 3. tr. 5. ref. 84. & p. 5. tract. 14. ref. 92.

3. Vulneratus ab altero, vel offensus non potest absolui, nisi odium, & rancorem remittat, & signa eius externa, nō tamē tenetur actionē iniuriarū remittere. Villalob. & alij. p. 5. tr. 3. ref. 103.

Officium.

1. Officia sæcularia ex naturā rei vendi possunt, cum his tamen circumstantiis. 1. vt vendantur saltem dignis. 2. vt pretio moderato. 3. vt id fiat ob Reipubl. necessitatem, vel utilitatem. Lessius & alij 10. p. 3. tr. 5. ref. 108. Sed hoc soli Principi supremo licet, non autem substitutis, vt Proregibus. p. 6. tr. 6. ref. 3.

2. Qui habet licentiam à Rege transferendi officium in alium, potest cum expressā, vel tacitā eiusdem Regis licentia illud vendere. (La Cruz.) Qui tamen sine licentia venderet, non teneretur ad restitutionem pretij, modò habuerit licentiam illud transferendi. Ledesm. & Sotus. p. 3. tr. 5. ref. 109.

3. Qui conuocantur ad electionem Magistratum, & Officialium alicuius Reipubl. debent antē omnia præstare iuramentum de bona electione facienda, quod,

quod iuramentum obligat sub mortali. Qui autem eligunt indignos, non solum peccant mortaliter, sed tenentur ad damna inde secuta. (Covarr. & alij.) Cum verò plures sunt electi, & eorum nomina coniciuntur in urnam, ut ex illis vnus assumatur, si Prætor vnum pro alio legat, aut vnam chartulam aliis paulò grandioreni faciat, ut illam possit dignoscere, peccat mortaliter, propter iniuriam quam facit aliis, qui habent æquale ius ad illam dignitatem. Suarez p. 2. tr. 15. res. 67.

4 Tenetur non tantum talis Magistratus, sed etiam Princeps ad officia secularia eligere digniores. Less. & alij
 20 Sed contrarium est probabile. Vasq. & alij 4. multò magis tenentur Proreges, & similes, pro officiis illis digniores Regi proponere; neque pecuniam pro eo possunt accipere. *ibid.* & p. 4. tr. 4. res. 172. & p. 6. tr. 6. res. 2.

Opinio probabilis.

Licet relictâ opinione probabiliori, & tutiori, sequi probabilem, & minus tutam: quia prudenter agit qui ex opinione probabili operatur. Sanchez

&

& alij 32. p. 2. tr. 13. ref. 1. Quare sic ministrantes Sacramenta non peccant contra reuerentiam Sacramenti, sed aliquando contra caritatem. *ibid* ref. 2.

2. Potest quis sequi, tanquam probabilem, opinionem vnius Doctōris probi & docti, maximè si adducat aliquam rationem probabilem, & non sit contra opinionem communem. Sanchez & alij 6. p. 4. tr. 4. ref. 30.

3. Præferenda est sententia fauorabilis succipienti, sententiæ quæ fauorabilis est Sacramento, etiam in articulo mortis. Quia Sacramenta sunt instituta in fauorem fidelium. Henric. & alij 16. p. 2. tr. 13. ref. 13.

4. In his quæ pertinent ad fauorem, & utilitatem interrogantis, potest Doctor respondere iuxta aliorum probabilem opinionem, contra suam; vt illum eximat v.g. ab obligatione restituendi. Imò quando de benigniore sententiâ interrogatur, tenetur eam declarare. Sanch & alij 2. *ibid*. ref. 14.

Ordinis Sacramentum.

1. **I**n ordinatione Sacerdotis sufficit si calix tangatur, et si non tanga-

itur patena superposita. Bauny & alij.
Imò ad substantiam, & valorem Ordinationis, non requiritur contactus realis & physicus. Layman & alij 3. p. 3. tr. 4. ref. 185 & p. 6. tr. 8. ref. 19.

2 Materiam Ordinum non esse determinatè institutam à Christo, sed solum in genere, vt conferrentur per aliquod signum sensibile docet Præpos. & alij 4. sed hoc alijs maturandum relinquo. p. 6. tr. 8. ref. 18.

3 Traditur Sacerdoti iniciando calix cum vino, & patena cum hostiâ; si tamen desit altera specierum, non est ordo iterandus ex necessitate: si enim potest vnâ speciem consecrare, poterit & aliam; quia hæc potestas non datur diuisim. Hériq. & alij 4 p. 3. tr. 4. ref. 186. sed probabilius tamen est contrarium. Turrian. & alij 7. Vnde si quis esset ita ordinatus, deberet, saltem sub conditione iterum ordinari. p. 4. tr. 4. ref. 119. & p. 6. tr. 8. ref. 22.

4 Ordinatio Sacerdotis constat ex duabus partialibus materiis, scilicet traditione calicis, & patenæ per quam confertur potestas sacrificandi, & impositione manuum vnâ cum verbis: *Accipe Spiritum sanctum, &c.* per quam

quam datur potestas absoluendi. Vasq. & alij 6. sed contrarium est æquè probabile. Valent. & alij 4. p. 3. tr. 4. ref. 187. Materia ordinis Diaconatus est traditio libri Euangelij cum impositione manuum: Subdiaconatus verò traditio Calicis vacui, licet non consecrati, & patenæ item vacuæ superpositæ. Conine & alij. *ibid.* ref. 188. & 189.

5. Ut ordinari quis possit v. g. Sacerdos, sufficit vltimum diem anni 24. esse inchoatum, & sic de aliis. Sanch. & alij. p. 5. tr. 5. ref. 17. Item surdaster, vel qui vnâ aure est surdus, nullo iure ab Ordinibus arcetur. Bonacin. & alij 4. Itē Regularis, etsi Latinam linguam minus intelligat, potest ordinari etiam Sacerdos: quia illi non ordinantur ad curam animarum. Villalob. & alij. Qui autem solum nosset legere vernaculæ, posset initiari primâ tonsurâ. Sanchez & alij 2. p. 2. tract. 17. ref. 20. & tract. 16. ref. 29. part. 3. tract. 2. ref. 86. & p. 5. tr. 14. resol. 27.

6. Qui habet dimissorias cum hac restrictione, vt possit ordinari a quocumque Episcopo in propriâ diœcesi ordinante, potest etiam sub ratihabitione ordinari ab Episcopo in alienâ diœcesi

de licentiâ Ordinarij Ordines confe-
rente. Ledesm. p. 3. tr. 4. ref. 191.

7. Episcopus inuitatus ad conferendos
Ordines in alienâ diœcesi, an poterit
tunc etiam ordinare alienos habentes
dimissorias suorum Episcoporum, sine
nouâ licentiâ Ordinarij illius loci? alij
aiunt: Tolet. & alij 4. alij negant. Bar-
bos. & Mirand. p. 4. tr. 4. ref. 144.

8. Potest Episcopus extra diœcesim suis
subditis conferre primam tonsuram:
quia non est Ordo. Azor. & alij 4. *ibid.*
ref. 143. Quod si vel sciens vel ex af-
fectatâ ignorantia eam conferat non
subdito sine licentiâ, incurrit in pœ-
nam suspensionis latam in *cap. eos. de*
temp. ordin. in 6. Barbosa & alij 4. p. 3.
tr. 4. ref. 194.

9. Ex vi Conc. Trident. *sess. 23. c. 9.* po-
test Episcopus non tantum ordinare
suum familiarem alienæ diœcesis qui
per triennium cū ipso fuerit commo-
ratus, quando ei beneficium confert,
sed etiam famulum familiaris, qui
eius expensis alitur. Sanch. p. 4. *tract. 4.*
ref. 145. Imò & cum illis dispensare
in interstitiis. La Cruz & Ledesm. p. 3.
tr. 4. ref. 190. Ut autem cum aliquo dis-
penser Episcopus in interstitiis, requiri-

tur

tur utilitas, vel necessitas Ecclesiæ, ut est cum quis habet beneficium, vel Capellaniam cum obligatione celebrandi; item cum quis in litteris, aut virtute magnos fecit progressus, talis enim utilis futurus est Ecclesiæ. Hurtad. & Tiberius. *f. 4. tr. 4. res. 209. & p. 6. tr. 8. resol. 23.*

10 Potest quiuis ordinari ab Episcopo in cuius diocesi habet beneficium, quantumvis tenue. (Barbos. & alij 2.) quamvis simplex, & non requirens residentiam (Præpos.) Vel in cuius diocesi aut ipse, aut eius pater est natus. Barbos. & Molfes. Debere tamen omnes Ordines ab eodem suscipi, vel ex eius licentiâ, docet Molfes. sed contrarium docet Zypeus. *p. 4. tr. 4. res. 51. & 148. & p. 6. tr. 8. res. 24 & tr. 7. res. 35.*

11 Etsi Episcopus in ordinatione, dum arcet impeditos, dicat se non intendere illos ordinare, nihilominus censendi sunt ordinati; hocque tantum intelligitur de iis quos tales esse cognoscit, Præpos. etsi contrarium sentiat Lugo. *p. 5. tr. 13. res. 66.*

12 Potest Episcopus conferre ex iustâ causâ maiores Ordines die Dominicâ sequenti sabbatum quo solent conferri,

ferri, dummodò ieiunium sabbathì
continuet vsque ad Dominicam. Hen-
riq. & Villalob. p. 2. tr. 16. ref. 28. Quando
verò Ordines permittuntur conferri
diebus festis, intelliguntur qualibet fe-
sta duplicia in Ecclesiâ, etsi non in po-
pulo. Præpos. & alij 6. Quòd si quis de-
fectus in ordinatione commissus sit,
poterit suppleri quouis tempore anni.
Granad. p. 5. tr. 13. ref. 97. & tr. 14. ref. 63.

13. Qui suscipit primam tonsuram, vel
minores ordines, cum intentione non
adscendendi ad maiores, sed tantùm ut
gaudeat priuilegio fori, & exemptionis
à tributis, non peccat mortaliter. San-
chez & alij 2. p. 2. tr. 16. ref. 20.

14. Qui malâ fide suscipere ordines an-
te legitimam ætatem, vel sine litteris
dimissoriis, vel extra legitima tempora
præsumpserit, incidit in suspensionem;
& si celebret, in irregularitatem. Auila
& alij. p. 3. tr. 4. ref. 192. Sed hoc tantùm
intelligitur de Ordine sacro, non ad-
tem de minoribus. (Navarr. & alij 5.)
neque illam incurrit qui id fecit ex
ignorantiâ etiam crassâ, modò non sit
affectata; neque irregularitatem, si bonâ
fide ante legitimam ætatem ordinatus,
adueniente postea malâ fide celebret.

peccat tamen mortaliter : sed potest exercere alios Ordines ritè susceptos. Henriquez & alij 2. & vbi ætatem legitimam attigit, potest sine vllâ dispensatione celebrare, vel exercere actum Ordinis bonâ fide suscepti. Peyrinus & alij. secûs si malâ fide suscepisset. Suar. & alij. quamuis absolutè id doceat Sotus & alij 2. *ibid. res. 182. & p. 5. tract. 10. res. 30. 32. 35. & 34.*

15 Ordinatus cum patrimonio ficto, vtpote donato eâ conditione, vt post ordines restituatur donanti, peccat quidem mortaliter; non tamen incurrit suspensionem, neque tenetur ad restitutionem: (Tolet. & alij 10.) quia illa promissio de restituendo patrimonio est irrita, neque vllâ inducit obligationem. Ledesm. & Villalob. Contrarium tamen non caret probabilitate. Auila & La Cruz. *p. 3. tr. 4. res. 184. & p. 2. tr. 16. res. 5.*

16 Si in patrimonio requisito ad Ordines modicum deficiat, nihil impedit; secûs si sit notabilis defectus : quales erunt 5, respectu 25. siue quinta pars. Sanchez & Nauar. *p. 5. tr. 5. res. 20.*

17 Qui duos Ordines sacros eodem die suscipit, non est ipso facto suspensus. (Suar. & Villalob.) neque ordinatus per
sal.

salu
cept
alij.
fare,
min
vt ac
men
ueri
effe
mer
cepi
post
gar
p. 6
18
opin
face
iter
dan
infe
19
cept
mo
fact
& a
ter
20
can
p.

salutem suspensus est ab Ordine male suscepto, sed suspendendus. (Acugna & alij.) & potest Episcopus cum eo dispensare, ut suscipiat ordinem omissum, ut ministret in ordine male suscepto, & ut ad superiores adscendat, modo tamen ante dispensationem non ministraverit in ordine male suscepto, quia tunc esset irregularis. Suar. & alij. Qui tamen non susceptam primam tonsuram suscepit minores Ordines, non teneri eam postea suscipere, affirmat de Fabris. negat Sylvius *par. 5. tr. 10. ref. 36. & 27. & p. 6 tr. 8. ref. 29.*

18 Quando utrinque est probabilis opinio de valida susceptione ordinis sacerdotalis, vel Episcopalis, debet talis iterum ordinari; ne omnes actus reddantur incerti. Secus est in ordinibus inferioribus. *Granad. p. 5. tr. 13. ref. 47.*

19 Ordo Sacer per vim & metum susceptus, non impedit, nec dirimit matrimonium: votum enim ex gravi metu factum, nullum est ipso iure. Sanchez & alij. etsi contrariam etiam probabiliter doceat Pontius *p. 3. tr. 4. ref. 193.*

20 Diaconus & Subdiaconus (scilicet) canentes Evangelium, & Epistolam in p. m. non peccant mortaliter. Quia

talis actio non est dispensatio meritorum Christi, ut est administratio Sacramentum. Vasquez & alij 6. Idem à fortiori dicendum de exercitio minorum Ordinum, quia probabile est hos non esse Sacramenta. Cabrera. *ibid.* ref. 195. & 196.

21 Clerici sacris Ordinibus initiati peccant mortaliter, si per contumaciam, aut contemptum non deferant habitum, & tonsuram; neque debent unquam incedere, quin aliquam notam internosci possint à laicis. Villalob. & Caiet. Secus est de iis qui in minoribus solum Ordinibus sunt. Sorus & alij 3. *ibid.* ref. 183. & p. 5. tr. 5. ref. 60.

Vide *Suspensio.*

P

P A S T O R

sive Parochus.

1 **P**arochus in suam Parochiam residens, sed per alium administrans Sacramenta sine necessitate, peccat mortaliter, & tenetur ad fructuum restitutionem; quia adesse inutiliter, idem est quod

quod
minis
mina
cius
2 P
ciona
suam
lench
tr. 7
3 P
dire
se, ve
ter p
tis, au
pecca
ue al
bent
etian
quan
nem
4 P
valic
alij 6
tad.,
cedit
5 Par
ad a
fo se
mun